



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

9. Vtrum fictio impediatur effectum baptismi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

¶ Et hæc sint dicta p dignitate baptisimi: quantum enim spectat ad euentu, Christo mortuo patuit ianua celestis tā baptizato quā circuncilo.

rit baptizato ianua regni celestis, inquantum incorporat eū passioni Christi, uirtutem eius homini applicando.

AD SECVNDVM Dicendū, q̄ quando passio Christi nondum erat realiter perfecta, sed solum in fide credentium, baptisimus proportionaliter causabat ianua apertionem, non quidem in re, sed in spe: baptizati enim tunc decedentes, ex certa spe introitum regni celestis expectabant.

AD TERTIVM dicendū, q̄ baptizatus non est obnoxius morti, & penalitatibus uitæ presentis, propter reatum personæ, sed propter statum naturæ: & ideo pp hoc non impeditur ab introitu regni celestis, q̄n anima separatur a corpore permortē, quasi iam perfoluto eo, quod naturæ debebat ur.

¶ Super Questionis sexagesime nonæ Articulum octauum.

ARTICVLVS VIII.

Utrum baptisimus habeat in omnibus aequalem effectum.

¶ Ad 4. q. 2. ar. 3. q. 1. & 2. Et d. 18. q. 1. ar. 3. q. 1. co.

¶ In art. 8. aduerte. Auctorem in art. 3. recte loqui de lepra Constantini: dico autem hoc, quia nullius auctoritate constat, Constantinum mandatum a lepra in baptisimo: tum quia gesta Syluestri (ex quibus hoc uidetur haberi) incertum habet Auctorem, ut patet in cap. sancta Romana dist. 15. tum quia nullus siue Christianus, siue gentilis historicus inuenitur hoc scripsisse, ut testatur Platina in uita Marci Papæ: tum precipue, quia Ambrosii auctoritas obstat, dum in oratione de obitu Theodosii expresse dicit, Constantinum in ultimis constitutum baptizatum fuisse, quod longe distat ab hoc, scilicet q̄ in principio suæ conuersionis fuerit baptizatus. Et propterea narratio de lepra Constantini non est assertiue probanda.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, q̄ baptisimus non habeat in omnibus æqualem effectum. Effectus enim baptisimi est remotio culpæ: sed in quibusdam plura peccata tollit, quàm in alijs. nam in pueris tollit solum peccatum originale, in adultis autem etiam peccata actualia, in quibusdam plura, in quibusdam uero pauciora. non ergo æqualem effectum habet baptisimus in omnibus.

¶ 2. Præ. Per baptisimum conferitur homini gratia & uirtutes: sed quidam post baptisimum uidentur habere maiorem gratiā, & perfectiorem uirtutem, quàm alij baptizati. non ergo baptisimus habet æqualem effectum in omnibus.

¶ 3. Præ. Natura perficitur per gratiā, sicut materia per formā: sed forma recipitur in materia secundum eius capacitatem. cū ergo in quibusdam baptizatis etiam pueris, sit maior capacitas naturalium quàm in alijs, uidentur quòd quidam maiorem gratiam consequantur, quàm alij.

¶ 4. Præ. Quidam in baptisimo consequuntur non solum spirituale salutem, sed etiam corporalem: sicut patet de Constantino, qui in baptisimo mundatus est a lepra: non autem omnes infirmi corporalem salutem consequuntur in baptisimo. baptisimus ergo non habet æqualem effectum in omnibus.

SED CONTRA est, q̄ dicitur Ephes. 4. Vna fides, unum baptisima. uniuersalis autem causa est uniuersalis effectus. ergo baptisimus habet æqualem effectum in omnibus.

RESPON. Dicendum, q̄ duplex est effectus baptisimi, unus per se, & alius per accidens. Per se uidetur effectus baptisimi, est id, ad quod baptisimus est institutus, scilicet ad regenerandum homines in spiritualem uitam: & hunc effectum æqualiter facit in oibus, qui æqualiter se habent ad baptisimū. un-

F de quia omnes pueri æqualiter se habent ad baptisimum (quia non in fide propria, sed in fide ecclesie baptizantur) omnes æqualem effectum percipiunt in baptisimo. Adulti uero, qui per propriam fidem ad baptisimum accedunt, non æqualiter se habent ad baptisimum: quidam enim cum maiori, quidam cum minori deuotione ad baptisimum accedunt: & ideo quidam plus, quidam minus de gratia nouitatis accipiunt: sicut etiam ab eodem igne accipit plus calor, qui plus ei appropinquat: licet ignis quantum est de se, æqualiter ad omnes suum calorem effundat. Effectus autē baptisimi per accidens, est ad quem baptisimus non est ordinatus, sed diuina uirtus, hoc in baptisimo miraculose operatur: sicut super illud Ro. 6. ut ultra non seruiamus peccato, dicit gl. * Non hoc præstat in baptisimo, nisi forte miraculo ineffabili creatoris, ut lex peccati, quæ est in membris, profus extinguatur. & tales effectus non æqualiter percipiuntur ab omnibus baptizatis, etiam si cum æquali deuotione accedat: sed dispensantur huiusmodi effectus, secundum ordinem prouidentie diuine.

AD PRIMUM ergo dicendum, quòd minima gratia baptisimalis sufficiens est ad delendum cuncta peccata. unde hoc non est propter maiorem efficaciam baptisimi, quòd in quibusdam plura, in quibusdam autem pauciora peccata soluit: sed propter conditionem subiecti, quia in quolibet soluit quotcumque inuenerit.

AD SECVNDVM dicendum, quòd hoc, quòd in baptizatis maior, uel minor gratia apparet, potest dupliciter contingere. uno modo, quia unus in baptisimo percipit maiorem gratiam, quàm alius, propter deuotionem maiorem, ut dictū est: * alio modo, quia etiam si æqualem gratiam percipiant, non æqualiter ea utuntur: sed unus studiosius in ea proficit, alius per negligentiam, gratia Dei deest.

AD TERTIVM dicendū, q̄ diuersa capacitas naturalium in hominibus, non est ex diuersitate metis, quæ per baptisimum renouatur, cum omnes homines eiusdem speciei existens, in forma conueniant, sed est ex diuersa dispositione corporum. Secus autem est in angelis, qui differunt specie: & ideo angelis dantur dona gratuita, secundum diuersam capacitatem naturalium: non autem hominibus.

AD QUARTVM dicendum, quòd sanitas corporalis non est per se effectus baptisimi: sed est quoddam miraculosum opus prouidentie diuine.

ARTICVLVS IX.

Utrum fictio impediatur effectum baptisimi.

¶ Super Questionis sexagesime nonæ Articulum nonum & decimum.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quòd fictio non impediatur effectum baptisimi. Dicit enim Apostolus Gal. 3. Qui cumque in Christo baptizati estis, Christum induistis: sed omnes qui baptisimum Christi suscipiunt, baptizantur in Christo. ergo omnes induunt Christum, quod est percipere baptisimi effectum: & ita fictio non impedit baptisimi effectum.

¶ 2. Præ. In baptisimo operatur uirtus diuina, quæ potest uoluntatem hominis mutare in bonum: sed effectus causæ agētis non potest

¶ In articulo 9. & 10. 4. d. 4. q. 2. ar. 1. multa dicenda sunt specialiter pro doctrina decimi. Et prius dicitur, quòd de sensu conclusionis, secundo de necessitate, tertio de modo apud Auctorem, quarto de ratione illius modi, & demum comparabitur alijs modis. Sensus in primis conclusio est, non de euentu, sed de effectu baptisimi recedente fictione. quod ideo notandum est: quoniam non

non tractatur hic, an recedente fictione, baptizans fiat illius re...

Agustini in libro de baptismo, relata & a Magistro sent. in 4. dist. 4. & a Gratiano de consecr. dist. 4. cap. tunc va...

test impediri per id, quod ab illa causa potest auferri. ergo fictio non impedit baptismi effectum.

¶ 3. Præter effectus baptismi est gratia, cui peccatum opponitur; sed multa sunt alia peccata grauiora quam fictio, de quibus non dicitur, quod effectum baptismi impediatur. ergo neque fictio impedit effectum baptismi.

SED CONTRA est, quod dicitur Sap. I. Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum: sed effectus baptismi est a Spiritu sancto. ergo fictio impedit effectum baptismi.

RESPON. Dicendum, quod (sicut Dam. dicit) Deus non cogit hominem ad iustitiam: & id ad hoc, quod aliquis iustificetur per baptismum, requiritur quod voluntas hominis amplectatur baptismum, & baptismi effectum. dicitur autem aliquis fictus, per hoc, quod voluntas eius contradicit vel baptismum, vel eius effectum: nam secundum August. quatuor modis dicitur aliquis fictus. uno modo ille, qui non credit, cum tamen baptismus sit fidei sacramentum: alio modo per hoc, quod contemnit ipsum sacramentum: tertio modo per hoc, quod aliter celebrat sacra-

diuit tunc fieri: hoc enim significat baptismum ualere ad salutem) consequens est, quod baptismus aliquo modo remaneat, seu aliquid habeat aut relinquit manens, ratione cuius ualorem seu effectum consequatur post biennium. Hac necessitate satisfaciendi hominibus more humano, compellitur Auctor accommoda-

mentum, non seruans ritum ecclesie: quarto modo per hoc, quod aliquis in deuote accedit. unde manifestum est, quod fictio impedit effectum baptismi. AD PRIMUM ergo dicendum, quod baptizari in Christo, potest intelligi dupliciter. uno modo in Christo, id est in Christi conformitate. et sic quicumque baptizantur in Christo, conformari ei per fidem, & charitatem, induunt Christum per gratiam. alio modo, dicuntur aliqui baptizari in Christo, in quantum accipiunt sacramentum Christi. & sic oēs induunt Christum per configurationem characteris, non autem per conformitatem gratie.

AD SECUNDUM dicendum, quod quando Deus uoluntatem hominis de malo in bonum mutat, tunc homo non accedit fictus: sed non semper hoc Deus facit, nec ad hoc sacramentum ordinatur, ut de ficto fiat aliquis non fictus, sed ut non fictus aliquis accedens, iustificetur.

AD TERTIUM dicendum, quod fictus dicitur aliquis ex eo, quod demonstrat se aliquid uelle, quod non uult. Quicumque autem accedit ad baptismum, ex hoc ipso ostendit se-

motum fuerit, habentur. propter remanentem formam, ad quam nata erant sequi, ita in supernaturalibus sacramenti baptismi, cum generatur Christianus quo ad esse de familia Christi seu, quod idem est, quo ad esse membrum Christiane religionis, si scilicet per baptismum characterem, ut forma qua constituitur in tali esse: nam characterem formaliter homo est Christiane religionis membrum, est de familia Christi, & ad huiusmodi formam natum est ex diuina largitatis ordine consequi infusionem gratie remissionem omnis culpae, & omnis poenae, nisi ob ex-

fictionis obstitit, & propterea cessante fictione, sequitur infusio gratie remissionem culpae & poenae, propter presentem formam characteris, ad quem secundum ordinem diuinae largitatis nata est sequi infusio gratie baptismalis. Teneat itaque character utrumque locum, & dispositionis & formae, diuersimode considerato baptismate: nam baptismus in quantum generatiuus est filiorum adoptionis, gratiam habet pro principali effectu, ut forma: in quantum uero generatiuus est Christiani (hoc est membri Christiane religionis seu familiae) habet pro principali effectu characterem: qui pro eo, quod infallibili ordine annexam habet gratiam, si fictio non impedit, & recedente fictione annexa sibi uendicatur gratiam, forma substantialis assumitur. Pro eo uero, quod annexio gratie nouam exigit principalis agentis infusionem, recedente fictione, dispositioni magis assimilatur, que secundum infallibilem causarum ordinem cessante impedimento, ad terminum ducit. Unde uana uidetur sollicitudo quarentium, quid aut quomodo operetur character recedente fictione ad gratiam baptismalem.

¶ Et ex his patet solutio difficultatum motarum, tam ad hominem, quam ad rem. Et quarto loco propositum expediret simul est. De quinto autem pertranscundum uidetur: quoniam in folis uerbis dissensio forte est inter diuersos doctores: nullum enim puto sanæ mentis apud se credidisse, gratiam cessante fictione, comitari characterem, sine noua Dei actione gratie baptismalis infusione.

¶ In responsione ad secundum, & tertium aduertendum est, in ficto baptizato, inueniri diuersorum temporum peccata, scilicet peccata presentia, & futura, & presentia inueniri dupliciter intel-

tionem hanc similitudinariam, quam in littera habes, adinuenit. ¶ Unde non oportet laborare ad saluandum hunc processum, ut proprium, seu ex propriis: sed intelligendus est, ut accomodatior eorumdam similitudinaria ad manu ducendum intellectum per uiciorum, ut percipiant quomodo baptismus recedente fictione incipit ualere ad salutem. Sciuit enim Auctor, gratiam propriam bonis, non consequi characterem communem bonis & malis, ut proprius effectus sequitur formam: cum hoc tam manifestum sit, ut minime theologi sciant. Unde non proprie uoluit intelligi, sed secundum similitudinem, ut sicut in naturalibus cessante causa, remanente tamen forma, statim habentur consequentia, nisi adsit impedimentum, & si impedimentum adfuerit, consequentia illa statim, cum remota fuerit, habentur. propter remanentem formam, ad quam nata erant sequi, ita in supernaturalibus sacramenti baptismi, cum generatur Christianus quo ad esse de familia Christi seu, quod idem est, quo ad esse membrum Christiane religionis, si scilicet per baptismum characterem, ut forma qua constituitur in tali esse: nam characterem formaliter homo est Christiane religionis membrum, est de familia Christi, & ad huiusmodi formam natum est ex diuina largitatis ordine consequi infusionem gratie remissionem omnis culpae, & omnis poenae, nisi ob ex-

Alias, e. e. l. e. c. c. o. n. i. o. r. m. a. r. j.

intelligi, uel propter perseverantiam macula, aut actualis commissionis simul cum baptismo, uel propter ipsum impedire sacramenti effectum. Inter quae tanti refert, quod sola fictio (quae nihil aliud uidetur quam impedire gratiam) per penitentiam delenda est, cum peccatis commissis post baptismum: reliqua autem per baptismi ualorem recedente fictione delentur.

14. c. d. q. 3. ar. 1. & 2. q. 3. ar. 4. q. 2.

Ad hoc enim uidetur deseruire litera, dicens, Et etiam simul existentium cum baptismo: excipitur autem sola fictio, quoniam ipsa est, quae contrariatur sacramento: nec puto fictionis peccato intelligendum in proposito crimen illud, quod fundat fictionem (pura incredulitatem) sed ipsam malam intentionem sacramenti, quae sacrilegi species est: hic enim actus est proprie fictio: quoniam isto actu monstrat, qui baptizatur se uelle quod non uult. Et confirmatur hoc ex uerbis Augusti, dicens, Cum illa fictio ueraci confessione recesserit, quae corde in malitia uel sacrilegio perseverante, peccatorum abluitionem non sinebat fieri: ex hoc enim quod nullam speciem peccati fictionis tribuit, nisi sacrilegium, insinuat, uidetur, quod sit illa fictio. Et hinc sequitur, quod talis fictio sufficienter confiteretur, dicendo se iniuriam fecisse baptismum, ponendo illi obicem peccati mortalis, & confitendo commissam post baptismum.

lib. de bapt. p. contra Donat. ca. 1. ar. m. c. 7.

Alias, abolitio. n. m.

q. 66. ar. 9.

Aduerte quoque aliud esse dimidium a Deo expectare ueniam, & aliud esse uariis medijs a Deo expectare ueniam. Primum est impium, secundum hic docemur, dum baptizatus, per medium penitentiae, & per medium baptismi simul, a Deo expectat ueniam. Cogimur autem ad utrum-

rectam fidem Christi habere, & sacramentum uenerari, & uelle se Christo conformari, & uelle a peccato recedere. unde cuiusque peccato uult homo inhaerere, si ad baptismum accedit, fictus accedit, quod est inuoluntate accedere: sed hoc intelligendum est de peccato mortali, quod gratiae contrariatur, non autem de peccato ueniali. unde fictio hic quodammodo includit omnem peccatum.

ARTICULVS XX.

Utrum fictione recedente, baptismus suum effectum consequatur.

AD DECIMUM sic proceditur. Videtur, quod fictione recedente, baptismus suum effectum non consequatur. Opus enim mortuum, quod est sine charitate, non potest unquam uiuificari: sed ille qui fictus accedit ad baptismum, recipit sacramentum sine charitate. ergo nunquam potest uiuificari hoc modo, ut gratiam conferat.

¶ 2. Praet. Fictio uero esse fortior quam baptismus, cum impediatur eius effectum: sed fortius non tollitur a debiliore. ergo peccatum fictionis non potest tolli per baptismum fictione impeditum. & sic baptismus non consequetur suum effectum, qui est remissio omnium peccatorum.

¶ 3. Praet. Contingit quod aliquis sicte accedat ad baptismum, & post baptismum multa peccata committat, quae tamen per baptismum non tolluntur: quia baptismus tollit peccata praeterita, non futura. ergo baptismus talis, numquam consequetur suum effectum, qui est remissio omnium peccatorum.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libro de baptismo, tunc ualere incipit ad salutem baptismus, cum illa fictio ueraci confessione recesserit, quae corde in malitia uel sacrilegio perseverante, peccatorum abluitionem non sinebat fieri.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est) baptismus est quaedam spiritualis regeneratio. cum autem aliquis generatur, simul cum forma recipit effectum formae, nisi sit aliquid impediens, quo remoto forma rei generata perficit suum effectum: sicut simul cum corpore graue generatur, mouetur deorsum, nisi sit aliquid prohibens, quo remoto statim incipit

moueri deorsum. Et similiter quando aliquis baptizatur, accipit characterem, quasi formam, & consequitur proprium effectum, qui est gratia remittens omnia peccata. Impeditur autem quandoque per fictionem: unde oportet quod remota ea per penitentiam, baptismus statim consequatur suum effectum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sacramentum baptismi est opus Dei, & non hominis: & ideo non est mortuum in ficto, qui sine charitate baptizatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod fictio non remouetur per baptismum, sed per penitentiam subsequentem, quae remota, baptismus aufert culpam, & reatum omnium peccatorum precedentium baptismum, & etiam simul existentium cum baptismo. unde Augustinus dicit in libro de baptismo: Soluitur hesternus dies, & quicquid superest, soluitur, & ipsa hora momentumque ante baptismum, & in baptismo: deinceps autem continuo reus esse incipit. & sic ad baptismi effectum consequendum concurrunt baptismus, & penitentia: sed baptismus sicut causa per se agens: penitentia sicut causa per accidens, id est remouens prohibens.

AD TERTIUM dicendum, quod effectus baptismi non est tollere peccata futura, sed praesentia uel praeterita. & ideo recedente fictione, peccata sequentia remittuntur quidem, sed per penitentiam, non per baptismum. Unde non remittuntur quantum ad totum reatum, sicut peccata praecedentia baptismum.

QVAESTIO LXX.

De circumcisione, quae praecessit baptismum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de preparatoris ad baptismum. Et primo de preparatorio, quod praecessit baptismum, id est, de circumcisione. Secundo, de preparatorijs, quae concurrunt simul cum baptismo, scilicet de catechismo & exorcismo.

CIRCA primum queruntur quatuor.

¶ Primo, Utrum circumcisio fuerit preparatoria, & figuratiua baptismi.

¶ Secundo, De institutione ipsius.

¶ Tertio, De ritu eius.

¶ Quarto, De effectu ipsius.

que simul medium recurret: quia credimus praecedentia peccata remitti, quo ad culpam, & poenam totaliter (hoc enim continet gratia baptismalis) fictionem uero cum posterioribus peccatis remitti quidem quo ad culpam, quo ad penam uero non, nisi quantum sacramento penitentiae remittit. Unde apparet falsitas allegata superioris glossae, praeter id, quod est contra textum.

¶ Super Quaestionem septuagesimam, & quaestionem septuagesimam primam.

lib. de bapt. p. para. c. 1. ar. 1. & 2.

CIRCA quaest. 70. & 71. nihil scribendum uidetur nisi in his, quae dicuntur in arti. 3. de causalitate exorcismorum. Non caret siquidem scriptura duo ibi dicta. primum est circa aptionem sensuum per exorcismos baptismales. Secundum est circa uersionem, quae fit in uertice baptizati, quod operatur conseruationem gratiae baptismalis. Primum enim intelligo non sic, quod exorcismus mutuat interiorum infectionem sensuum animae, quia hoc sine gratia non uideo posse fieri in paruulis, quicquid sit in adultis: sed intelligo sic quod potestas demonis ad praeccludendum sensus interiores animae coefferat demoni propter interiorum infectionem animae per exorcismum impeditur, ne scilicet ob infectas interiores animae partes praeccludat illas ad sentiendum spiritualia, quae Christi sunt, ita quod potestas demonis per exorcismos baptismales impeditur ne possit extrinseca obstacula sacramento, & intrinseca sacramenti effectui praestare. ¶ Secundum dictum, cum de actu conseruatione intelligi nequeat, de pascha opor-